Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



sint dicte. Tu. Saul aut et omis filij israel
in valle terebinti pugnabat adiusum
philistheum. Surrexit itaq; dauid mane
et commendauit gregem custodi. et onusta
abiit sicut preceperat ei ysai. et uenit in locum
magdala et ad exercitum q egressus ad pug
nandum uociferatus fuerat in certamine. Tu.
Factum est tempus cum dere Domina. v.
ret dari michol filia saul dauid.
data est adriel molathite uxor.
Dilexit autem michol filia saul alta dauid.
nunciatumq; est sauli. et placuit ei. Dixit
q; saul. Dabo eam illi. ut fiat ei in scandalum.
et sit super eum manus philistinorum. Tu. ant.
Dixit autem saul seruis suis. Loquimini
ad dauid clam me dicentes. Ecce places
regi et omis seruus eius diligunt te. Nunc ergo
esto gener regis. et locuti sunt seruus saul in
auribus dauid omnia uerba hec. Dixitq; dauid.
Numquid parum uobis videtur gener esse regis.
Ego autem sum pauper et tenuis. Et renunciauerunt
seruus saul dicentes. Huiusmodi uerba
locutus est dauid. Tu. Dixit autem saul.

51.
(286.)